Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Meditationes metricae de gestis Domini Nostri Jesu Christi \

https://hdl.handle.net/1874/330962

17

Hs.
4 F 17

Aevum medium.
Scriptores ecclesiast.
No. 478

Kq Oct
No. 17
T. 3088

388 *(Eccl. 478.) Charta. fol. 4 ff. Saec. XV.*

Vita S. Salvatoris, rhythmice.

(Incipit:) Desere iam anima lectulum soporis.

388

Vita S. Salvatoris, rhytmice.

Sunt (Pseudo-?) ANSELMI LUCENSIS *Meditationes metricae de gestis D.N.J.C.*, pluries editae. Cf. Chevalier, *R.H.* 4394.

UB-UTRECHT Ms 388 (4. F. 17)



Utrecht 1502

+ Brugge 1504-06
Siegen 1508
Leeuwenhorst 1512

⇒ ca. 1500-1510

≈ Briquet 13940 (grote overeenkomst)

UB-UTRECHT MS 388 (4.F.17)

Utrecht 1502

+ Brugge 1504-06

Siegen 1508

Leeuwenhorst 1512

⇒ ca. 1500-1510

≈ Briquet 13940 (grote overeenkomst)

Eccl. 478

Desere iam anima lectulum soporis
Languor torpor vanitas excludantur
Intus sit et ferveat sapor amoris fervoris
Recolens misterica gesta salvatoris
Mens affectus ratio simul conveniente
Occupari frivolis ultra iam nolite
Distinctio vagatio cum curis abite
Dum pertractat animus sacramenta vite
In primis proprie lector moneatur
Ne sequens opusculum cursim percurratur
Sed legendo paululum sensus pertrahatur
Ut eius devotio verbis spiratur
Jhesu mi dulcissime domine angelorum
Conditor omnipotens rex universorum
Nimis tuorum sufficit mirari gestorum
Nunc te ferre compulit salus miserorum
Te de celis caritas trahit animarum
Pro quibus palatium deserens preclarum
Miseram ingrediens vallem lachrimarum
Opus durum suscipis et iter amarum
Angelus Jesus Christus celitus
ad virginem a te destinatur
Per quem incarnatio tua nunciatur
At dum virgo sedula voce salutatur
Admirando seriem rei percunctatur
In te inquit spiritus sanctus fecundabit
Tibique altissimi virtus obumbrabit
Paries quem filium dei gens vocabit
Cuique thronum patris regnum dabit
Ad consensum virginis mox descendisti
Et pudici pectoris templum elegisti
Virginis paupercule cellam introisti
Nostre tu substanciam carnis assumpsisti
Pudoris signaculum servans illibatum
Et ante virgo concipit virgo parit natum
Non decet vas flosculi esse delibatum
Neque deum tollere munus celibatum
Celo terre tartaro tu qui dominaris
Formam servi sumere iam non dedignaris
Ter tribus in utero mensibus versaris

Sic nunciat ab angelo paulo immoraris
Eterna potens benignitas quam pietas pia
Celo terre principes nascitur in via
Cui dant obsequia Joseph et Maria
Huic canens angelica laudat armonia

De nativitate domini nostri Jhesu Christi.

O Maiestas celica summis reclinaris
Dum deus ex virgine oriri dignaris
Nusquam in palacio rex celi letaris
Non sed in presepio brutorum reclinaris
Presepio in angelico cetu veneratur
Vestibus purpureis natus non ornatur
Sed in satis vilibus pannis implicatur
Sicque mundi gloriam pauper detestatur
Natis regum principes solet congaudere
Et altrices nobiles ubera prebere
At hic dei filius renuit habere
Malens se pastoribus natum exhibere
Sola dei genitrix suum pius nato
Hic fruendo virgineum ubere sacrato
Vagientem estivulo consolaris grato
Sicque foves gremio sinuque beato
O felix puerpera sola gaudens partu
Eya o quam dulciter nato iocundaris
Nunc pius amplexibus pressum amplexaris
Nunc gratis obsequiis Christo familiaris
O dei dignatio quam mira probatur
Tegitur potentia deus inclinatur
Altitudo subditur longum breviatur
Fit plana profunditas latum angustiatur
Gustatur leticia salus infirmatur
Panis vivus esurit virtus sustentatur
Sitit fons perpetuus quo celum potatur
Et ista quod intuens mira non miratur.

De circumcisione domini

Qui sub lege nasceris legem observasti
Circumcisus penam tuam inchoasti

ACAD… TRAIECT…

Dum pro nobis sanguinē ꝓpriū imolasti
Vere dei ~~ſtum~~ filium te eſſe demōſtraſti
¶ De adoratiōe et veneratiōe triū magoꝝ
Magos ducte ſidere ad te ꝑduxiſti
Munorū demis miſtiris eos bo | linſti
¶ Iheſus regno fugatus
In egiptum traſmeās hoſte tuo
Templū debilib⁹ in l̄i⁹ religaſti | fugiſti
¶ De pſentatiōe eius in tēplum
Manib⁹ virginis templo pn̄taris
Iuſti ſenis brachijs ꝑuulus geſtaris
per quē deū ꝑpſpicere de⁹ pdicaris
Gentiū lux iſrl̄ gloria vocaris
¶ Ihs ſedēs duodenis ī medio doctoꝝ
Poſtmodū puerulus bis ſex iam | anorū
Queſitus a virgine in tristicia notoꝝ
In templo repertus in medio doctorum
Querens et interrogans mira ſecretoꝝ
Fili inq̄t genitrix q̄ nobis feciſti
Queſitus iam tedius cur ſic latuiſti
Sic ihū ā puis ſꝫ tractare veniſti
Non tū hoīibus ſubdi renuiſti
¶ Ihs quō a xij āno vſq̄ ad ~~xxx~~ latuit ī
Et tunc ad treſimū ānū ſaluā | ſꝫto
Tenor pſe traſtulit calamus | toris
Hic forſan ſuggerit aīo lectoris | ſcriptoris
Ne ſe minus publicet acta ſumoris
¶ Ihs baptiſatus relicta
Baptiſatus poſtmodū culpas nr̄as | lauit
Tactū ſacri corpōis aq̄s ſcreauit
Quem deſcendēs ſpūs ſanctus illuſtrauit
Vox patris filiū aperte declarauit
¶ Ihs ductus in deſertum
Hic ihū dulciſſīe heremū ſubiſti
Ibiqꝫ ieiunijs corpꝰ afflixiſti
Et cū ferus hitans ſathan ꝯfudiſti
Sic exemplum efficax cunctis relīqſti
¶ Iheſus eligens diſcipulos
Omnipotēs tua placuit ſtr̄a declarare
Atqꝫ primū mundo pdicare
Incipis diſcipulos tecū aggregare
Quales ſolet ſctm pios ꝯputare
Reſpuis pſos vocans piſcatores
Et quos mundus deſpicit efficis doctores
Pſos tibi ſubicis ſtarū rectores
Vt ꝯfundas fortia et diſſipes errores
¶ Iheſus ſignis mirificus
Hic ſignis mirificis mundū illuſtraſti
Approbās ꝯiugiū nuptias intraſti
Et in vinū optimū aquā ꝯmutaſti
Panis intra milia paucis cibaſti
Tuo ſolo verbo mortui ſuſcitantur
Cuncti morbi ſua protinus curantur
Mari ventis īperans n̄ vltra turbantur
Precipis demonijs et mox effugantur
¶ Ihs pdicens diſcipulis ſuā paſſioēz
Iheſu beniꝑniſſime poſt geſta tā clara
Nunciāns diſcipulis intimas amara
Immolādū ꝓdicas te cunctis in ara
Turbātur mox pectora taliū ignara
¶ Iheſus paſtor ſollicitus
Vrbes caſtra circuis ꝑplm docendo
Fatigatus eſuris ſitis diſcurrēdo
Moleſtias crebras aſpera ferendo
Atqꝫ plebis ꝑfide mala ſuſtinēdo
¶ Ihs aſcendēs Iheroſolimā ī die palmarū
Pergis Iheroſolimā ī azello ſedēs
Te plebs gaudēs ſuſcipit obuiā ꝓcedēs
Iter ſternēs veſtib⁹ palme ramos cedens
Et agmē infantiū te laudat incedens
Vrbis defles ꝑiudes cam ꝑitire

In templo mercantibus nummularis dure
Invident mox principes gentis mentis impure
Gerentes talia quo pessimas iure

Ihesus dolo venundatur

Predicans cotidie tibi prestolaris
Quo pro vita secli mortem patiaris
Machinantur inde modum quo prodaris
Spondent iude precium ut eo tradaris

De cena domini cum discipulis

Cenam cum discipulis post hec celebrasti
Quos tuo misterio corporis cibasti
Pedes lavans singulis te humiliasti
Ipsos post hec pabulo verbo roborasti
Tunc palam discipulis mortem predixisti
Et auctorem criminis iudam ostendisti
Orans quod pro omnibus gracias egisti
Et egressus protinus ortum introisti

Ihesus epices cum discipulis in monte divars

Lucem noctis prodiderat eos eripere
Cepit quod cum tedio Ihesus iam pavere
Monet quod discipulos paululum sedere
Ut orandi spacium valeat habere

Ihesus cepit contristari et mestus esse

Ecce Ihesus legitur pavens contristari
Non presumit igitur quisquam indignari
Contristatum quempiam videns turbari
Pie magis studeat mestum consolari
Tunc procedens modicum prius se prostravit
Et transferri calicem a se postulavit
Sed patris arbitrio illud commendavit
Et ecce mox sanguineus sudor emanavit
Cum vix unquam mortalium ob mortis horrorem
Auditur sanguineum fudisse sudorem
Et hic forsan instituit scriptura lectorem
Eius nusquam similem fuisse dolorem.

De passione domini instanti Ihesus osculo iude traditur

Adest post hec proditor iniquusque valde
Ut ipsorum manibus more tribulatur
Et salutans subdole Ihesum osculatur
Sed Ihesus blandissimis verbis hunc affatur
Ad quid inquit dulcis amice venisti
Numquid tradis osculo quem iam vendidisti
Venientes protinus sciunt ministri
Ne verentur fieri peremptores Christi
Quis mirari sufficit in hoc salvatorem
Cuiusque mirificum pectoris dolorem
En amicum nominat hostibus peiorem
Admittens ad osculum pacis proditorem
O iuda miserrime ut quid sic egisti
Osculo pacifico nocere voluisti
Levare beneficio sic abutens Christi
Bonis mala reddere non erubuisti

Ihesus a turba circumdatur et apprehensus

Ministri mitissima voce sciscitati
Quem querant gemino ruunt prostrati
Hinc pensent quam aspera erit vox irati
Cuius verba dulcia nequierunt pati

Ihesus vinculis ligatur

Comprehensus denique nequiter tractatur
Vinculis atrocibus duris mancipatur
Sed agno mitissimo vere comparatur
Cum nec minas ingerit neque reluctatur

Ihesus notis incognitus

Salvator misericors quam male vexaris
Nam solus in angustiis atque infestaris
Fugiunt discipuli solus relictaris
Probris ac ludibriis sputisque fedaris
Ena quo aufugitis quo vel latitatis
Qui nuper cum domino mori iactabatis
Sed primo pro omnibus mortem subit gratis
Ne pro Christo postmodum mori timeatis
Sequitur petrus a longe atrium intravit
Sed ad vocem femine Ihesum ter negavit

Quod ihesum dum aspicit flendo suspirauit
Et amaris lacrimis culpam expiauit
Videns post hec proditor quod ihesus dampnatur
Retulit argenteos quibus vendebatur
Et credens laqueo miser suffocatur
Sic mercede congrua latro premiatur
Nox in sompnis itaque tota ducebatur
Nulla pressio requies ihesu prestabatur
Ministrorum ipsa plebs iniuriatur
Alapis et colaphis innocens mactatur

// Ihesus pilato traditur Hora prima

Falsi ihesum testes contra te induxerunt
Tacensque dissimulans cuncta que dixerunt
Mane strictis manibus vincula nectunt
Ad pilatum trahens hostes quoque sequuntur
Accusans nequiter sed nichil probatur
Fingitur mendacia verum occultatur
Nec latebat iudicem quod fraus operatur
Ideo te perdere presens verebatur

// Ihesus herodi est transmissus et ductus

Herodis aspectibus post hec presentatur
[illegible] que sermonibus tacens suscitatur
Te regem contemptum sprevit indignatus
Presidi reductus veste candidatus
Iudei tunc acrius instant accusantes
Herodes ac presidis sedere letantes
Patiens toleras canes oblatrantes
Tua paciencia armans te amantes

// Ihesus morte dampnatur Hora tercia

Tacente ad omnia preses admiratur
Ab impiis eripere ihesumque conatur
Sed tumultus populi ingens suscitatur
Et plebis vox insonat ut crucifigatur
O plebs nefandissima quare sic egisti
Salvatorem abnegans impium petisti
Sed latronem eligens christum perdidisti
Hic a deo despici iure meruisti
Cernens iudex demumque se non preualere
Sed magis in populo tumultum augere
Iudicauit sicut quod hii petiere
Exultans gens perfida sine dolore
Traditur militibus vinculis artatur
Ad columnam sistitur dure flagellatur
Undique verberibus corpus cruentatur
Sepelitur pietas furor dominatur
Ecce caro tenera pii salvatoris
Ad columnam nexa cruentatur loris
Sic flagellis ceditur impiis tortoris
Cuius patent vestigia nunc usque cruoris
Post conflictum verberum vide quid agatur
Purpura induitur spinis coronatur
Calamus in dextera quasi sceptrum donatur
Et illusus genibus flexis adoratur
Adoratum conspuunt faciem tegentes
Feriunt arundine caput hec dicentes
Prophetando iudica te percucientes
Talibus ludibriis instant illudentes
O quam longum singula foret enarrare
Sed quam fuit longius tanta tolerare
Letali dulcedine constat laborare
Cum amante talis negligit amare
Ecce post angustias tot iniuriarum
Dicitur acerbitas denuo penarum
Quarum sic supplicium noscitur amarum
Ut quod prius factum est reputatur parum
Nam per urbis medium ihesus procedebat
Humerisque patibulum imponens ferebat
Ad fores et ostia populus fluebat
Cuiusque confusio singulis patebat
Accurre nunc anima intuens amantem
Gratis ad patibulum pro te properantem
Sponsum tuum respice crucem baiulantem

Tua sinus anima penis expirantem

// Jhesus in monte calvarie cruci clavatus hora 6a

Triplicem intueor tunicam te sentientem
Quarum carnificum primam te prementem
Judeorum alteram penas irridentem
Amicorum terciam amore lugentem
Tandem ad calvarie locum transmeat.
Et ibidem vestibus Jhesus spoliatur
Ut habuit quisque militum partem sortiatur
Postquam Jhesus in patibulo crucis coartatur
Ad pudoris cumulum Jhesu in nudaris
Ut vento cum frigore undique exponaris
Innocens cum impiis in cruce deputaris
Et ipsis duobus criminosis velut medio locaris
Stant a longe proximi a nullo consolaris
Sed assistunt undique per quos cruciaris
A malignis perfide servus blasphemaris
Et quod pena peius est passus subsannaris
Cor tumens superbia disce non inflari
Nec te queso pigeat Jhesum imitari
Nunc indignum conspicis viliter tractari
Numquam pro cunctis meruit semper honorari
Disce flammam spernere gloriam honoris
Laudesque contempnere humanam favoris
Dum te vilem reputat homo video foris
Tu te vilem oculis penses creatoris
Ut quid quoque murmuras miser indignaris
Si coram hominibus vilis reputaris
Ac magis in oculis dei confundaris
Coram quo pro meritis vilis comprobaris
Tensis ligno manibus pedes conclavant
Cutis caro tendinibus clavis terebantur
Nervi vene simili modo laniantur
Nec hiis tamen perfidi penis saciantur
Sed ne desit quicquam prius ad mortis horrorem
Ferrum pedes penetrans cumulat dolorem
In te sic exacuunt ipsi feriorem
Postponentes nequius dominum timorem

Horrorem incutiunt mallei sonantes
Cutemque cum carnibus totam terebrantes
Nervos cum similibus venis lacerantes
Et compages ossium simul dissipantes
Fundunt rivos sanguinis fontes salvatoris
Peccans hic aquam cernit peccatoris
Hauriat hic quisquis pia sacrati liquoris
Quo frequenter lavat vulnera doloris
Demumque melliflua verba caritatis
Promit Jhesus veniam petens sceleratis
O quantum exuberat vena pietatis
Non desperet amodo quisquis pro peccatis
Crucifigunt laniant penas cumulando
Sed expendit graciam pro eis orando
Non diffidat penitens quisquis aliquando
Salvatoris gracie copiam pensando
O immensa pietas pietatis Christi
Ad te de patibulo clamans voce tristi
Latro petit veniam et mox indulsisti
Quo spem penitentibus venie dedisti
Penam quam sustinuit crimen exigebat
At postque in exitu vite penitebat
Veniam obtinuit statim quam petebat
Et perhennem gloriam leta obtinebat
Post hec matrem intuens Jhesus advocavit
Eamque discipulo caro commendavit
Virginemque virgini pulchre sociavit
Sicque hanc discipulus ut matrem servavit
O quam virgo graviter intus cruciatur
Cum orbata filio alii commendatur
Mira commutatio mira comprobatur.
Cum servus pro domino matri commutatur
Loquens Jhesus denuo sitio dicebat
Tunc aceto protinus felle quod miscebat
Ac infusum spongie ori porrigebat
Quod degustans paululum bibere nolebat
Mi Jhesu mirifice quid est quod egebas

Tu de siti conquereris de cruce silebas
Puto quod magnopere potum non petebas
Sed salutem potius nostram sitiebas
¶ Jhesus mi pie eius mortis hora
Penas quas explicuerat ... omnis
Evanescit pristina species decoris
Vultum tabes occupat lividi palloris
Sic triumphat de Ihesu pia vis amoris
Corpus iam distenditur et fauces raucescunt
Contorquentur labia crines pharescunt
Pia languet lingua membraque rigescunt
Et totius corporis vires delitescunt
Vocem emittens ultimam precem innovasti
Spiritum quam manibus eius commendasti
Cum clamore valido tandem expirasti
Sic salutis omnium opus consummasti
Cum salvator moritur celi obscurantur
Velum templi scinditur tumbe reserantur
Scissis petris corpora multa suscitantur
Et vere deum hominem pati protestantur
O quam iudaica nox tunc premebat
Que tanta miracula cernens non credebat
Sed quem vox prophetica eius signis premebat
Morti tradens impie nequiter spernebat
Astat virgo virginum crucis salvatoris
Cuius transfixa gladio intimi doloris
Nati penas conspicit et rivos cruoris
Iuxta ipsa sustinet quod nunc talis foris
Astans unigenitum genitrix deplorat
Quo se videt anxia quem dolor ignorat
Nunc plangit nunc exulat nunc gemens adorat
Sed gestu virgineo dolor non deplorat
Vultum nati anxio respicit pendentem
Sanguinem vulneribus largiter fluentem
Nati cernens faciem in morte pallentem

Nec mirum si lamat tua dolor mentem
Tunc deposcit debitum atrox vis nature
Quam tibi demittit olim pariture
Penasque cum fenore extorquet usure
Quas consuetudinibus debebant iure
Nunc quasi parturiens experiris vere
Cum sit matrum proprium nato condolere
Nunc amaros gemitus cordis extorquere
Dolores quos filium cernens sustinere
Gladio transfigeris dolorum severa
Tensa cernens filii brachia procera
Pendens corpus regium velut in statera
Membra quam scindentia sanguine sincera
Cuius questo valeat mens aut lingua fari
Quantum virgo creditur intus cruciari
Cum cernit iam mortuum latus vulnerari
Atque nati viscera lancea rimari
Corpus quidem mortuum nil iam sentiebat
Sed maternum lancea pectus transfigebat
Quam fratrem in filii latere videbat
Quo cum aque sanguineus liquor effluebat
Miserere domina miseris dignare
Quos Ihesus dominus dignatur tam clare
Iamque tua pietas te rogat nos salvare
Que te nati compulit penas deplorare
Surge torpens anima expers sanitatis
Aquas quas steriles spe ne vanitatis
Ecce fons purissimus patet pietatis
Defluens uberrime rivis caritatis
Ad hunc ergo propera fontem redemptoris
Ut fluentis quippe iam hauriens dulcoris
Atque sic in lavacro primum cruoris
Hinc tibi curatio profluat languoris
O admiranda pietas nostri salvatoris
O vere mirifica pietas amoris

Expers culpe nostris ihesus flos decoris
Ego tamen proh dolor causa sum doloris
Ego heu superbio tu humiliaris
Ego culpam perpetro tu pena multaris
Ego cruor dulcibus tu felle potaris
Ego peto mollia tu dure tractaris
Ad te pater dirigo propiciatorem
Pater ante quem proprium effudit cruorem
Pater ne despicias queso peccatorem
Pro suo passum gratiam nostri redemptorem
Tria docet passio christi gloriosa
Creatori vicia quam sint odiosa
Inferni supplicia quam sint lacrimosa
Atque celi premia quam sint gaudiosa
Hec o lector diligens si bene perpendis
Ihesum passum intuens pro culpis delendis
Atque pro suppliciis nobis auferendis
Simul et pro gaudiis celi conferendis
O quam admirabilis amor comprobatur
Cum ihesus pro viciis nostris immolatur
Et pro penis debitis nobis cruciatur
Cuius et doloribus gaudia mercatur
Ergo tunc anima viribus conare
Tanti amoris gratiam digne compensare
Hunc totis precordiis gaudens amplexare
Preter ipsum penitus nil velis amare
Ihesu cordis gaudium et dulcedo mentis
Anime solacium in te confidentis
Te benigne precibus deprecor attentis
Mei memor similis custos sis morientis

Ihesus de cruce deponitur Hora vespertina

O ihesum que cunctia celi veneratur
Totum quam munifice operibus consummatur
Iam de cruce tempus est corpus ut tollatur
Et labori requies ex hoc concedatur
Nycodemus et joseph ex hoc affuerunt
Et nequam dum neci consenserunt
Hii pedum ac manuum clavos eduxerant
Atque de patibulo corpus sustulerunt
Tunc accedens propria genitrix orbata
Pii nati vulnera tergens cruentata
Oscula vulneribus imprimens beata
Sanguinis libamina colligens sacrata
Cuncta inquantum integre cor excogitavit
Cuncto modo studio vulnera tractavit
Et tractando lacrimis tergere curavit
Atque crebris osculis illa adibavit
Iam virgo dulcissima cesset iam ploratus
Ecce dolor filii cessat immolatus
Instat et letitie dies adoptatus
Quo tuus ex mortuis iam consurgat natus

Ihesus intumulatur Hora completorii

Sindone mundo corpus implicatur
Et cum aromatibus sepulture datur
Sed ut a discipulis furtim non tollatur
Militum custodia tumulus vallatur
Magdalena denique locum observabat
Que ihesum precipuo amore flagrabat
Pingui aromatum unguenta parabat
Cum quibus hunc perungere ihesum festinabat

De resurrectione domini die dominica

Sed nocte dominica dum hec peragebat
Dominus ab inferis victor exurgebat
Hinc captivos eruens hostem deprimebat
Et tunica cum lintheis vacans apparebat
Terremotus vehemens factus est repente
Et descendit angelus domino surgente
Tunc custodes protinus consternati mente
Sunt velut mortui metu perurgente
Postmodum de tumulo territi fugerunt
Et iudeis serie facti retulerunt
Quos illi pecuniis multis corruperunt

Et ut sublatum diceret furtum suaserunt.
O quam mira cecitas iudeos premebat
O ceca cupiditas milites tegebat
Sic hinc inde veritas occulta latebat
Sed hoc diu fieri ihesus non sinebat
Mane prima sabbati surgentis amore
Magdalena affuit estuans amore
Sed dum cernit tumulum absque salvatore
Flens gemit et eiulat anxia dolore
Assistens ad hostium specie domino ignota
Hanc affatur dulcis metum submota
Mulier quem queris sic lacrimans multum devota
Promere ne timeas cordis tui vota
Secretorum gemitor qui corda scrutaris
Tu causas tristicie que premunt
In amaris lacrimis pie delectaris
Cuius desiderium cordis tui probaris
Illa ihesum preter te nil preciosum querebat
Te corde te labijs solum sitiebat
Pro te sepius immemor arma non timebat
Pro te gemens anxie pro te flens dolebat
Ortolanum itaque ihesum hunc putabat
Sed si spiritualiter non multum errabat
Nam sentes perfidie iam eradicabat
Atque flores fidei plantare curabat
Tunc vocem piissimus salvator mutavit
Eamque ex nomine mariam vocavit
At illa mox agnitum gaudens adoravit
Adorans pre gaudio nimio exultavit

De ascensione domini

Tu ihesum mirifice postquam surrexisti
Crebro te visibilem tuis prebuisti
Cibos cum discipulis demque sumpsisti
Et ipsis cernentibus celos ascendisti
Quanto putas gaudio genitrix implet[ur]
Cum iam impassibilem natum intuetur
Resurgere gaudio luctus mox deletur

Et nova lux oritur que non auferetur
Nunc doloris gemitus omnes propulsatur
Meror in leticiam mire commutatur
Cum mors invictissima victa superatur
Et devicto vicio virtus instauratur
Sed viso discipuli gaudent salvatore
Quam putas leticia gaudet ampliore
Viso sua genitrix divinio flore
Quem extinctum viderat nuper cum dolore
Ex hoc virgo poteris secure gaudere
Tibi nequit amodo dolor prevalere
Sed nec ultra filio valet mors nocere
Pia nobis gratie mater misere Amen

Explicit

N° 65 AA

H
4 F